

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1269

Auteur(s) : Jean de la Mare [prêtre]

Bénéficiaire(s) : Durand d'Audrieu [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1282, décembre

Lieu d'émission : Audrieu

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Jean et Thomas de la Mare vendent, pour 11 livres et 10 sous tournois, et garantissent à Durand d'Audrieu une pièce de terre et des rentes à Audrieu.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXCIV, t. 2, p. 236-237.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod nos Johannes de Mara, presbiter, et Thomas de Mara, fratres, vendidimus, concessimus, et omnino dimisimus Durando de Audreio, pro undecim libris et decem solidis Turonensibus quos ab eodem habuimus, tres minas ordeï, et unam gallinam, cum uno denario quæ nobis hæredes Thomæ le Costurier faciebant annuatim de quadam pecia terræ, sita apud Lome de Ponte Rotundo, in parrochia beatæ Mariæ de Audreio, juxtam terram Johannis Borgeis, cum homagio videlicet hæredum prædictorum ; item, quandam peciam terræ, sitam in territorio dictæ parrochiæ, in dela quæ dicitur les Noef Vergies, juxta terram Gaufridi Le Soc : tenenda, et habenda, et jure hæreditario possidenda prædicto Durando et hæredibus suis, sine reclamazione aliqua nostrum vel hæredum nostrorum in terris prædictis de cetero facienda, libere et quiete, salvo tamen alio jure. Quæ vero prædicta, videlicet redditum, cum homagio et peciam terræ, nos prædicti Johannes, et Thomas, et hæredes nostri, tenemur et debemus dicto Durando et hæredibus suis, pro prædictis denariis quos inde habuimus, garantizare et defendere erga omnes gentes, vel eisdem excambiare alibi, in nostra propria hæreditate ubicumque sit, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Et, ut hoc firmum sit et stabile in perpetuum, nos prædicti Johannes et Thomas hanc præsentem cartam, una testimonio sigillorum nostrorum, roboravimus. Ita tamen quod, si Agnes, uxor dicti Durandi, supervixerit eum, per totum cursum vitæ suæ hæc omnia prædicta, sine impedimento hæredum dicti Durandi, salvo dicto jure, in pace et libere possidebit. Actum est anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, mense decembris, coram parrochia prædicta.